

DISA







5

DISSERTATIO IN AVGURALIS MEDICO-PRACTICA  
DE  
**REGVLIS  
GENERALIORIBVS  
CIRCA VENA ESECTIONEM  
OBSERVANDIS.**

---

QVAM  
AVSPICE DEO PROPITIO  
CONSENSV ATQUE AVCTORITATE FACULTATIS MEDICAE  
PRÆSIDE  
VIRO ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO  
**DN. IOANNE IVNCKERO**  
MEDICINAE DOCTORE EIVSDEMQUE PROFESSORE  
PUBLICO ORDINARIO  
H. T. DECANO SPECTATISSIMO  
DOM. PATRONO PRAECEPTORE AC PROMOTORE SVO  
PIE AETERNV M DEVENERANDO  
*IN ALMA REGIA FRIDERICIANA*  
**PRO GRADV DOCTORIS**  
SVMMISQUE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS  
RITE CAPESSENDIS  
*AD DIEM XXVII. APRIL. ANNO MDCLLI.*  
PVBLINE DEFENDET  
AVCTOR  
**JACOBVS FRIDERICVS SANDER**  
KOENDRINGA-BADA DVRLACENSIS.

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO IANUENSIS ARTIS MEDICO-HYGIETICAE  
DE

PRIMA  
GENIMANUS  
MAGISTERIUM  
LUDVICO

AUSCULTATIONE  
CONFIRMATORE  
CONVENTUS

DILOIA MELA NICERIO  
PROFESSIONE  
PROFESSIONE

PROFESSIONE  
PROFESSIONE

PROFESSIONE  
PROFESSIONE

PROFESSIONE  
PROFESSIONE

AD DIEM 25. JULI. ANNO MDCCCV

HABETE DELENDIT

ACATOR

JACOBUS FRIDERICUS SVNDER

CONDEMNY. HEDY SAVVIGEN

MUS. MONASTERIACUS  
HESIUS CHRISTIANI HUTICERI AED. THER.

A SON ALTESSE SERENISSIME  
M A D A M E  
**MADAME CHARLOTTE**  
**LOVISE**

MARGRAVE DE BADE ET HACHBERG,

LANDGRAVE DE SAVSENBERG,

COMTESSE DE SPONHEIM

ET

EBERSTEIN,

DAME DE ROETLIN, BADENWEILER,

LAHR ET MAHLBERG

&c. &c. &c.

LANDGRAVE DE HESSE,  
PRINCESSE DE HERSFELD,  
COMTESSE DE CATZENELLENBOGEN  
DE DIETZ, ZIEGENHEYN, NIDDA,  
SCHAUMBOURG, ISENBOURG  
ET BUDINGVEN

## ET BVDINGVEN

&c. &c. &c.

MADAME,



Prosterné aux Pieds de VOTRE  
ALTESSE SERENISSIME j'ose  
LUI, présenter les prémices de  
mes études & de mon zéle.

Adorée D'UN PRINCE, qui fait les  
délices de SES sujets, qui nous retrace, qui  
réunit en SOI tout ce que nous admirons dans  
SES

SESILLUSTRES AIEUX, VOUS partagés  
avec LUI, MADAME, & SA gloire, & nos  
hommages & notre amour. Que je ferois  
heureux si VOTRE ALTESSE SERENIS-  
SIME du faite des grandeurs ou SA haute  
naissance, SES Vertus & nos voeux L'ont  
élévée, ne dédaignat pas de jettter un regard  
favorable, sur ce temoignage public de la  
profonde vénération avec la quelle je suis,

MADAME  
DE VOTRE ALTESSE SERENISSIME

à Halle ce 21. Avril

1751.

le très humble, très obeissant & très  
soumis serviteur & sujet

SANDER.



DISSESSATIO INAVGVRALIS MEDICO - PRACTICA  
DE  
**REGVLIS GENERALIORIBVS**  
CIRCA VENAESECTIONEM  
OBSERVANDIS.

SYNOPSIS.

- I. Quaedam huic tractationi praemittenda §. I-V.
- II. Venaectionis praeservatoriaie regulae §. VI-XI.
- III. Venaectionis curatricie, regulae §. XII. usque ad finem.
  - a) in morbis potissimum quantitatis §. XIV-XXX.
  - b) in morbis potissimum qualitatis §. XXXI-XLVII.
  - c) in morbis motuum. a) deficienientium §. XLVIII - L. b) excedentium §. LI-LIL.

§. I.

 **V**sitatum quidem, & nostris praecipue temporibus fere perpetuum est, ut iis, de quibus agimus, materiis *definitio* praemittatur: quoniam autem vel ipsis rusticis risum moveremus, si in venaectione definita verba facere & artificialem istam sanguinis e vena missionem explicare vellemus, praetermitti ista consuetudo optimo jure potest.

A 2

§. II.

## §. II.

Venaesectio, si rationaliter instituitur, sanitatis ergo administratur. Hinc tantum non semper plethorae imminuenda dicatur. Hac ex causa non solum, sed etiam quia in sequentibus omnes ferme propositiones plethora innituntur, convenire puto, quid sit illa, significare. Est itaque *plethora* sanguinis abundantia, naturalem hujus ad motum proportionem, & vice versa motus ad sanguinem laedens.

SCHOL. Definitur alias *plethora*, quod sit sanguinis justo major copia. Hac cum definitione meam convenire, facile perspicitur. Nam si proportio sanguinis ad motum, & hujus ad illum naturalis esse debet ( h. e. quae in statu sano praestet est ) legitima sanguinis quantitas adsit, oportet. Hinc si illius justo major adeat copia, laeditur debita ejusdem proportio ad motum & motus ad sanguinem.

## §. III.

Talis effusio sanguinis vel admittitur plethorae tantum imminuenda causa, hinc *venaesectio evacuatoria*; vel administratur, nullis ad sensum propter plethoram praesentibus extraordinarijs motibus, & ad hos praecavendos, hinc *prophylactica seu praeservatoria*; vel instituitur ad morbos curandos, hinc *curatoria* dici potest. In morbis curandis Auctores distingunt venaectionem in *derivatoriam & revulforiam*. Sub priori intelligunt illam, quae in vicinia partis affectae administratur, e. g. si in angina *raninae* secantur; sub posteriori autem, quae in parte remota instituitur; v. g. si in apoplexia venam in pede aperimus.

SCHOL.

*de generalior. circa venaesect. observandis regulis.* 5

SCHOL. Placet alii venaectionem prophylacticam definire per talēm, qualem ad sanitatem conservandam admittimus. Quum vero hancce definitionem graves premant difficultates, aliam substituendam esse existimavi. Namque si venaectionem ad sanitatem conservandam administramus, in statu sano versemur, necesse est. Si sanitate fruimur, motus sanguinis progressivus legitime atque libere succedit. Ad legitimū sanguinis circulum requiritur debita ejusdem quantitas (per princip. physiolog.). Sed si sanguinem in statu sano mittimus, debita illius quantitas tollitur, adeoque motus progressivus ejusdem & sanitas laeditur. Quis vero non videt, venaectione prophylactica id praestari?

§. IV.

*Regula* est propositio, secundumquam varia modificantur (\*) De venaectione itaque regula est propositio, secundum quam illa modificatur. Hujus primariae modificationes quod sint administratio & omission ejusdem, quisque facile perspicit. Ex priori oritur regula de venaectione instituenda, quam *affirmativam*; ex posteriori autem insurgit regula de venaectione omissenda, quam *negativam* vocare placet.

(\*) Vid. DARIES *Institut. Jurisprud. univers.* p. 61.

§. V.

His praemissis, ad scopum nostrum accedimus, & quemadmodum dissertationis titulus promittit generiores regulas circa venaectionem observandas; sic illes esse vel affirmativas vel negativas de venaectione prophylactica & curatoria, ex §pho III. & IV. patet. Hinc de illis in sequentibus mihi erit agendum.

A 3

§. VI.



## §. VI.

Si sanitas conservari, & eadem laesa restitui debet, se - et excretiones legitime succedentes requiruntur. Atque hi se - & excretorii, quando debite absolvuntur, supponunt legitimum sanguinis circulum. Hic juvatur naturali sanguinis ad motum, & hujus ad illum proportione. Quae omnia ex Physiologicis & Therapeuticis constant. Ast talem sanguinis ad motum, & motus ad sanguinem proportionem laedit *plethora* (§. II.). Quam cum removeat venaesectio (§. I. II.) patet, eam, praesente *plethora*, siue *prophylactice*, siue *curatorie* utiliter institui posse.

SCHOL. Quo ipso tamen animus non est suadere, ut venaesectio prophylactica temere administretur. Quum loco illius sanguinis abundantia alia adhuc ratione imminui potest, v. g. labore quotidiano, ac parca diaeta lenibusque laxantibus. Conf. §. XI.

## §. VII.

Venaesectio praeseruatoria administratur in statu plethorico, attamen placido ac quieto (§. III.). Hicce status dupliciter potest considerari. Namque vel talis est, quo sanguinis missione iam adsueuimus, vel non. Si prius, pono regulam de tali venaesectione affirmativam. Etenim adest plethora, qua praesente venaesectio utiliter instituitur (§. praeced.). Porro firma constat experientia, gravia venaesectionis prophylacticae alias adsuetae, nunc vero omissae, conjectaria, ut sunt congettiones, haemorrhagiae minus salutares &c. alia via praecuppari non posse, utut optima eaque multa in consilium vocentur medicamenta. Talia conjectaria, quum inni-

*de generalior. circa venaesect. observandis regulis.* 7

innitantur plethorae & consuetudini venam secandi , illa imminuenda , huicque satisfaciendum est , observando regulam de ejusmodi sanguinis ventilatione affirmativam.

SCHOL. Mecum hic consentit Illustris JVNCKERVS , Praeceptor pie aeternum devenerandus in Chirurg. Tab. LXVII. de venaelectione p. 475.

Insuper hic conferri meretur *Diff. de morbis ex intermissa venaelectione.* Quae habita fuit sub praesidio Illustris ALBERTI.

§. VIII.

Regula , Splo praecedente exhibita , hominibus , vitam sedentarium & otiosam degentibus , quam optime est commendanda , praecipue studiis incumbentes religioni sibi ducant , istam regulam non observare . Etenim ad duo illa motiva , §. VII. nominata , accedit ad huc , quod omnes ejusmodi homines plethoram adhuc multum copiosorem generent ; dum in nullo faciei sudore panem suum comedunt . Ergo eo curatius missio sanguinis instituitur necesse est . Praeterea eo ipso humoribus spissitudinem inferunt . Quae , uti ex Pathologia constat , sanitatem destruit , & hinc resolvenda est . Facilius autem resolvitur , si non adeo magna est humorum copia (\*). Atque haec imminuitur venaelectione (§. I. II.). Quia de causa etiam ex hoc fonte patet , praedictos homines , salva sanitate , regulam , Splo praecedente datam , negligere non posse .

(\*) Conferantur §. §. XXIX. & XXX.

§. VIII.

8 *Dissertatio inauguralis medico-practica*

§. VIII.

Feminae, si iam iam mensium cessationem expertae sunt, salva in futurum sanitatem prophylacticam venaesectionem adsuetam omittere non possunt. Caret enim nunc & in posterum natura fluxu mensium, ceu beneficio & fine secundario, sanguinem abundantem subtrahendi. Hinc multo magis plethora augetur. Quamobrem nominatae mulieres, si sanitatem frui cupiunt futura, sanguinem prophylactice mittere debent. §. VII.

SCHOL. I. Hoc theorema quod etiam ad feminas in utero gerentes, & menstruo fluxu tum privatas, neque minus ad male menstruatas applicari possit, quilibet, vel me non monente, perspectum habebit. Conf. §. XVIII.

§. X.

Senes, quo altiorem aetatis gradum attingunt, eo maiori studio regulae, §. VII. datur satisfaciant. Nam tales homines, fere omnes, negligunt corporis exercitationem, gaudentque rigidiori & densiori corporis peripheria. Hinc sudore non facile quicquam de sanguine consumunt, insuperque cibis eupeptis ac bene nutrientibus vescuntur: Sie wollen sich in ihren alten Tagen etwas zu gute thun. Quamobrem plenioram non solum multo magis alunt, sed & humorum spisitudinem inducunt (VIII.). Duo haec momenta eo magis increbescunt, quo seniores fiunt. Ergo est in aprico, eiusmodi homines, quo altiorem attingunt aetatis gradum, eo maiori cura sanguinem praeservatorie mittere debere (§. VII. VIII.).

SCHOL. I. Quae mala senes ob intermissam talem sanguinis ventilationem incurant; ac e contrario quibus bonis illa debite obser-

*de generalior. circa venaesect. observandis regulis.* 9

observata fruantur, vid. b. m. FRIDERICI HOFFMANN.  
*Oper. physico-medic.* Tom. II. Sect. II. Cap. XIII. p. 177. & Tom.  
V. p. 293. seqq. *Diss. de magno venaectionis ad vitam sanam  
& longam remedio.* Edit. in folio.

Sic accusabat aliquando in *Collegio clinico celeberrimi JVNCKE-  
RI* senex quidam, sexaginta circiter annorum, periculoam  
haemoptysin, ex intermissa venaectione adsueta, quia alias  
sanus fuerat, ortam; a qua etiam post largam sanguinis ven-  
tilationem iterum liberabatur.

SCHOL. II. Inicias quidem ire nolo, dari adhuc plures venam  
prophylactice secandi occasiones. Sed quia ex adductis il-  
las intelligendas spero, subsistere hic non dubito.

§. XI.

Adgrediar igitur alterum divisionis §. VII. mem-  
brum, quo nimirum venaectionio non est adsueta. *Hic  
eum praeservatoriaie instituere opus non esse credo.* Quo-  
niam plethora, saltem aequi felici successu, alia ratione  
imminui potest, quae data est in scholio ad §. VI. ac ve-  
naectione, quippe in posterum non adeo secure ne-  
gligenda. Et cum consuetudo, tanquam primarium  
sanguinem prophylactice ventilandi motivum (§. VII.)  
abfit: eo distinctius patet, de venaectione praeerva-  
toria minus adsueta regulam valere negativam.

§. XII.

Prolatis regulis de sanguinis prophylactica missio-  
ne, ad illas, quae venaectionem curatoriam docent,  
me convertam (§ V.). Haec adfligente morbo admittitur  
(§. III.). Vbi quidem iidem respectus de consuetudine  
& desuetudine, qui §. VII. & XI. positi sunt, considera-  
ri possent: at quium in omnibus, qui sequuntur, morbis,  
*B. venae-*

10 *Dissertatio inauguralis medico-practica*

venaelectionem requirentibus, haec cum fructu institui queat, licet consuerudo non semper vrgeat: moneo tantum, hanc praesentem novum superstruere motivum venaelectionem instituendi.

§. XIII.

Curatoria venaelectione administratur ad morbos tollendos (§. III.). Morbi primario pro causa materiali agnoscunt vel humorum abundantiam seu iusto maiorem copiam, vel eorundem vitiosam qualitatem, vel tandem vitium motuum pro causa primaria habent. Priors dicuntur *morbi potissimum quantitatis, posteriores potissimum qualitatis, & ultimi motum.*

SCHOL. Ordo, quem in sequentibus servare conveniet, postulavit, ut illam praemiserimus morborum divisionem. Quae est Excellent. JVNCKERI. Conf. eiusdem *Conf. Patholog.* Tab. II. Constatuit *Vir Celeberrimus* adhuc quartam morborum classem pag. 19. cit. Tab. Quam tamen intactam reliquantes errorem commisisse non velimus; dum regulae de sanguinis missione, respectu trium morborum generum erundae, facile etiam ad hanc classem postulare adficari; & quia in non paucis eiusdem classis morbis venam aperire nullius est usus. Nostrum igitur tantummodo est, morbos quantitatis & motuum pertractare, referendo eos ad sanguinis ventilationem.

§. XIV.

In morbis *potissimum quantitatis* humorum iusto maior adeat copia (§. anteced.) ergo & sanguinis. Hinc praefens est plethora (§. II. in schol.). Haec in statu morboſo nulla via aeque facile ac venaelectione imminuit potest;

*de generalior. circa venaesect. observandis regulis.* II

poteſt; dum praeципue laborem continuum commode exercere non valent. *Qua de cauſa morbis potiſſimum quantitatis, facile curandis inſeruit venaesectio* (§. I. II.).

SCHOL. Obiiceret quis ſcarificatione ſanguinem imminui poſſe, id quod concedo. Interim ſcarificatio eſt modus ſanguinem ſubrahendi venaesectione multum operofior, faltem aequa operofus, & tamen non aequa bene ſanguinem ſubducit. Interim hiſce non velim, vt statim vel in levifſimis morbis ad venaesectionem confugiamus, ne anſam demus naturae, vt frivolis cauſis & caſib⁹ eandem iterum vrgeat.

§. XV.

In plethora ſanguinis miſſio utiſiter iſtituitur; dum proportionem naturalem motus ad ſanguinem laedit (§. VI.). Jam plethora commota, quia in celeriori ac impetuofiori abundantis ſanguinis circulo conſiftit, proportionem motus ad ſanguinem legitimum multo magis deſtruit. Et hinc patet, *quod in plethora commota venaesectio adhuc plus conducat.*

SCHOL. Experientia fretus opponere aliquis poſſet, facta in plethora commota ſanguinis ventilatione, ſanguinem maiori adhuc impetu ferri. Sed ſuadeo, vt venaesectio largiori manu iſtituatur, & tunc temperantia adhibeantur. Quae facta ſanguinis imminutione praeftabunt, quod ante illam efficere non poſſunt.

§. XVI.

Haemorrhagiae, vt ex Pathologicis conſtat, aut ſunt ſalutares aut minus tales. Posteriores ſunt haemoptysis, vomitus cruentus, miętus cruentus, haemorrhagia vteri & certo respectu varices manantes. *In his curan-*

*curandis regula de venaefectione affirmativa primum obtinere potest locum.* Namque oriuntur vel dilatatione vasorum vel eorumdem disruptione. Vtrique efficitur sanguinis abundantis celeriori atque impetuosi cursu per vasa; dum hac ratione parietes canarium fortius distenduntur (per princip. Patholog.). Ergo producit plethora commota haemorrhagias minus salutares (§. XV.). Qua de caussa illarum curationi quam optime inservit ventilatio sanguinis (§. cit.).

SCHOL. I. Negare quidem nolo, plethoram valde adgravantem inferre quoque posse haemorrhagias minus salutares; frequentius vero faciliusque eas a plethora commota induci, credo. Interea quod in hisce malis venaefectione administrari debet, quando sanguis non satis copiose est egressus, neminem, qui negat, fore, puto.

SCHOL. II. Haemorrhagia vteri, quae abortum praecedit, ab ortiva audit. Huiusmodi sanguinis profusio qua ratione praecupari possit venaefectione, videatur in *Diss. de venaefectione, abortum praeservante sub praesidio Illustr. ALBERTI* ventilata.

### §. XVII.

Demonstratio, Spho praecedente data, in totum ad varices manantes applicari non potest. Hinc alia est struenda. Videlicet: varices indivulsum comitem habent valde impeditum sanguinis per venas regressum. Quem efficere potest plethora admodum gravans, neque minus illum aliunde forte inductum adhuc magis retardare; quia parietes venarum non adeo robustos forte distendit, & hoc ipso actionem illorum in sanguinem contentum non parum debilitat. Quae tamen ad sangu-

sanguinis vegetum circulum per venas requiritur integra. Hinc pater, quod & in curandis varicibus maxime conductat venaefectio (§. I. II.).

SCHOL. Varices admodum familiares sunt gravidis in pedibus. Et hoc mirum non est; quia multoties plethoricae sunt insuperque moles vteri sanguinis recursum per venas impedit, premendo vasa iliaca & cruralia venosa.

§. XVIII.

Haemorrhagiae salutares, quas Pathologi salutant haemorrhagiam narium, menses, haemorrhoides & lochia, tales sunt, quatenus legitime succedunt. Hinc earum suppressio, vt & imminutio in relatione ad debitum fluxum nullam corpori adferunt salutem. *Tali suppressioni vt & imminutioni tollendae inservire potest venaefectio.* Supprimuntur enim haemorrhagiae salutares, si sanguis per ea vasa, e quibus fluunt, progrederi non potest. Progressus sanguinis per ista vasa impeditur, si actio vasorum in contentum sanguinem debilitatur. Hoc efficit plethora, praecipue commota, distendendo parietes vasorum. Qua de causa in suppressione haemorrhagiarum salutarium referanda conductit sanguinis per se tam venam missio (§. VI. XV.). Quod erat primum propositionis membrum.

Plethora efficere potest haemorrhagiarum salutarium suppressionem (per membr. antec.). Sicut autem earumdem imminutio in relatione ad suppressionem est minus & a majore ad minus valet consequentia: ita plethora etiam producere potest haemorrhagiarum imminutionem. Qua

14 *Dissertatio inauguralis medico practica*

de causa & in hac expedienda auxilium fert venaelectio.  
(§. I. II.). Quod erat alterum.

SCHOL. I. Notae sunt feminae plethoricae, quibus menses imminuti facta sanguinis ventilatione mox copiosius fluere incepunt. Neque ulli alienum erit Medico, quod multoties in suppresso mensium fluxu revocando venaelectio, & quidem in pede instituta, suam conferat symbolam.

SCHOL. II. Foret quispiam, qui me contradictionem protulisse accusaret; dum (§. XVI.) ex plethora haemorrhagias deduxi, & nunc earundem suppressionem. Sed velim, ut attendat diversos gradus, quibus ejusmodi sanguinis abundantia in vasa agit. Et tunc perspiciet, quod plethora vehementer vrgens & commota profusiones sanguinis producere possit, & non adeo commota suppressionem haemorrhagiarum.

§. XIX.

Plethora, praesertim commota, haemorrhagias salutares imminuere, quin suppressum potest (§. anteced.). Ergo si ejusmodi sanguinis fluxuum imminutio & suppressio jam aliis, quibuscumque ex causis, inductae sunt, confirmet augeatque easdem, necesse est. *Hinc curationi morbi utriusque inservire potest sanguinis missio* (§. VI. XV.).

SCHOL. I. Quod hoc & penultimo §pho demonstratum est, eo curatus in suppressis & imminutis lochiis observari debet, quo certius adest plethora, eaque non raro laboribus, ad Partum praegressis commota, & quo graviora sanguis lochialis retentus in utero, tono non parum nunc labefacto, efficere potest mala v. g. sanguinis stases, profundas inflammations.

SCHOL. II. Praeterea admodum frequens est utilitas venaelectio-  
nis in imminutione & suppressione haemorrhagiarum salutari-  
um,

rium, id quod inde patet, quia tantum non semper plethoram inferunt (*§. IX.*).

§. XX.

*In commotione haemorrhoidum externarum sanguis fructuose e secta vena solet mitti.* Num hae fiunt in vasibus haemorrhoidalibus externis, quae angustioris sunt diametri. Hinc sufficienter sanguinem, si abundat, fundere non possunt (<sup>¶</sup>), adeoque plethoram adhuc relinquunt (*§. II.* in Schol.). Quamobrem in haemorrhoidalibus externis conducere potest venaesectio (*§. VI.*).

(<sup>¶</sup>) Consentientem hic habeo Excellent. D. JVNCKERVM in *Consp. Med. Theoretico- Pract. Tab de Haemorrhoidibus extern.* p. 78. dicentem: „externae (haemorrhoides) vero, ob vasorum minutiiora, quantitate vix aestimanda conspicuae sunt.

§. XXI.

*Omnis congestio subtrahitur venaesectione.* Est enim illa nihil aliud, nisi affluxus sanguinis versus aliquam corporis partem naturali major. Ex hydraulice autem constat, fluida eadem vi mota, eo plus ferri, ubi minus inveniunt impedimentum. Verum sanguis in vasibus contentus antecedens consequentis cursum non parum impedit. Qua de causa hic copiosius eo movetur, ubi ille removetur. Ergo si istum versus locum fit congestio, & in hoc sanguis educitur: sanguis versus hunc largius fluat, necesse est. Sed hac ratione affluxus ad istam partem major minor fieri, immo in totum tolli potest, adeoque etiam congestio. Quamobrem in aprico est, venaesectionem subducere congestionem (*§. I.*)

SCHOL. Crederet quispiam, datam de congestionis definitionem  
justo

justo esse angustiorem; dum, vii prima fronte appetat, congestiones lymphaticas, serosas & mixtas comprehendere non videtur. Sed perpendendum, quod congestio fiat vasis advehentibus; quae omnia ex arteriis oriuntur, & quidquid continent, ex illis accipiunt. (Excepta sola vena portae, que ex arteriis ortum suum non trahit, & simul officio arteriae fungitur. Interim etiam in hac nulla datur congestio sine affluxu sanguinis naturali majore.). Hinc, si in iisdem vasis congestio fieri debet, sanguis in arteriis copia naturali majori adferatur, oportet. Ergo qualibet congestio dici potest sanguinis affluxus versus aliquam partem naturali major.

### §. XXII.

In curatione congestionum utileiter possumus vti venaesectione, quia sanguinis affluxum versus quandam corporis nostri partem naturali majorem deducit (§. praeced). Hinc quo magis augetur ejusmodi sanguinis adpulsus, eo utilius sanguinis missio instituitur. Sanguis autem uberior ad locum aliquem corporis nostri ferri potest, si abundat. Abundat vero praesente plethora (§. II. in Schol.). *Qua de cauſa in tollendis congeſtionebus, ſi plethora urget, optime conuenit obſervare regulam de venaſectione affirmativam (§. XXI.).*

### §. XXIII.

Affluxus sanguinis in congestione versus locum aliquem corporis nostri naturali major talis est non solum respectu uberioris sanguinis quantitatis, sed etiam ratione impetus illius fortioris. Hunc sanguinis adpulsus plethora commota adhuc magis adauget, tam ratione quantitatis, id quod ex paragraphe praecedente intelligi

gi potest, tam respectu impetus fortioris. Nam plethora commota consistit in celeriori sanguinis abundantia circulo (§. XV.). Impetus vero cujuscunque corporis moti eo major est, quo celerius fertur, non neglecta tamen eiusdem massæ (per princip. physic.). *Quamobrem luce meridiana clarius est in tractandis congestionibus, vr gente plethora commota, sanguinis ventilationem, eam que largam, maxime conducere (§. XV. XXI. XXII.).*

Conferatur hic scholion ad §. XV.

### §. XXIII.

Congestio infert statum morbosum (§. XXI.). Qui eo magis increbescit, quo nobiliores & ad vitam sanitatemque necessarias congestio adfligit corporis nostri partes. Eiusmodi partes maxime in capitinis cavitate ac pectoris continentur. Hinc congestio versus caput & pectus morbum reddit grauiorem. *Quamobrem in con gestionibus, a modo dictis locis revocandis, eo curatius instituenda est missio sanguinis (§. cit).*

SCHOL. I. Et quidem in pede; dum sanguis versus partem vnae incisam largius fluit (§. XXI.) hincque a partibus superioribus ducitur. Ex quo fonte insimul patet, venaesectio nem vix non semper securius in pedibus, ac alibi, institui.

SCHOL. II. Congestiones quum multories venaesectioni prima vice administranda occasionem praebant: et re esse iudicarem, hic tempus determinare, quo talis sanguinis missio primum sit admittenda: sed quia Auctor Diff. de aetatis ratione habenda Medico praecipue circa venaesctionem sub Praesidio III. BVCHNERI habitae, aetatem iuvenilem constituit; hac opera supersedere possum. Interea autem moneo, ut quidquid de administratione venaesctionis in antecedentibus, di-

xerim, dixerimusque in sequentibus, illa aetate vel praesente, vel  
jam jam praeterita assumi, velim.

§. XXV.

Vsus ventilationis sanguinis artificialis, saevientibus in abdomen congestionibus, non exiguus vel ex sequente theoremate patebit. Si sanguis justo copiosius & impetu naturali fortiore invasis, tunicas ventriculi perreptantibus, fertur, illorum parietes non parum distenduntur (§. XVI.). Talis tensio efficit sensationem ordinaria majorem; quam semper sequitur motus proportionatus (\*). Hicce motus in ventriculo vomitorius esse potest. In congestione ad ventriculum sanguis iusto copiosius, & impetu naturali fortiore invasis eiusdem fertur (§. XXIII.). Hinc congestio ad ventriculum potest excitare vomitum. Ergo ad hunc sistendum iuvat observare regulam de venaesectione affirmativam. (§. XXI.).

(\*) Vid. Celeberr. KRVGERI Zweiter Theil der Natur. Lehre p. 79. seq. & sub Ilius Praefidio ventilat. Diss. D. de CHAVFEPIE de lege naturae, quod in corpore animali sensationem excipiat motus sensationi proportionatus.

SCHOL. Huiusmodi vomitus familiaris est hypochondriacis & hysterics, quia in utroque malo facile oritur congestio ventriculum versus, ob sufflaminatum, vel saltem impeditum sanguinis in viscere quodam venae portae conexo circulum. Non minus aliquando hoc vomitu corripiuntur gravidae; id quod mirum non est, si sanguis alias per uterum excernendus, nunc retinetur, ac ideo solito largius ad ventriculum geritur. Vbi eadem incommoda, quae congestio, producere potest. Et hinc patet, quo male fibi hocce vomitu laborantes confundunt, si vomitoris, purgantibus, aromatibus aliquis calidis se se liberare cupiunt. Quod alias, saltem minus peritis, adeo absonum non videtur.

§. XXVI.

*de generalior. circa venaefect. observandis regulis. 19*

§. XXVI.

Febris ob solam plethorae imminutionem excitata a Pathologis vocatur *continens* (\*). Cuius curationi *venaeffectio quam optime inservit*. Pro causa enim materiali agnoscit sanguinis abundantiam iusto maiorem. Hac itaque imminuta, imminuatur febris continens necesse est. Iam *venaeffectio* subtrahit de sanguine (§. I. II.). Qua de causa in febre continentे maxime convenit servare regulam de *venaefectione* affirmativam.

(\*) Consentit hic Excellent. JVNCKERVS I. §. XX. c. Tab. LVII. & LVIII.  
Neque longe recedit b. m. HOFFMANNVS I. c. Tom. II. p.  
105. 106.

§. XXVII.

Febris *continens* finitur, uti ex Pathologicis constat, vel uno die, vel tribus quatuorve, vel septem diebus. Prima dicitur *febris ephemera simplex seu diaria*; secunda *plurium dierum*; tertia *synocha* five *continens* κατ' ἔξοχην dicta.

Conf. iterum Celeberr. JVNCKERVS I. §. antec. c.

§. XXVIII.

In febre continentे κατ' ἔξοχην dicta prae reliquis requiritur *venaeffectio*. Nam omnes ejusmodi febres sanguinem abundantem habent causam materialē (§. XXVI.). Jam cum febris continens κατ' ἔξοχην dicta tempus longius ducat, quam ephemera simplex & plurium dierum (§. antec.) sequitur, abundantiam sanguinis in illa esse majorem ac in his. Nam quo parcior est sanguinis quantitas, eo citius potest subigi & vice versa. Ergo in curatione febris continentis, κατ' ἔξοχην dictae, sanguinis mis-

sione plus, quam ephemerae simplicis & plurium di-  
rum, opus est.

SCHOL. Licet venaesectio in ephemera simplici utilis, (§. XXVI.)  
institui tamen eandem, nullius est necessitatis; quia morbus  
hicce brevi, facili atque felici decurrit successu.

### §. XXVIII.

Ad fluiditatem sanguinis multum contribuere ve-  
gete succedentem ejusdem motum progressivum, non  
nemini Medicorum ex Physiologicis gnarum fore, per-  
suasum habeo. Verum plethora cum circulum sanguini-  
nis non parum retardare possit, justo fortius resistendo  
vi cordis & arteriarum: palam fit, eam fluiditati contrari-  
um, nimirum spissitudinem, seu sanguinis consisten-  
tiam naturali crassiorem, inferre posse. Quam obrem  
quia morbos curare est eorumdem caussas tollere, *venae-  
sectio in corrigenda sanguinis spissitudine primum ferre po-  
test auxilium* (§. I. II.).

SCHOL. I. Quid spissitudo inter morbos? quum potius eorumdem  
caussa existat; objiceret quispiam. Respondeo ex mente  
BOERHAAVII. vid. ejus *Apborism. de cognosc. & curand. mor-  
bis* §. I. Proleg. „morbus est conditio corporis humani, quae  
„actiones vitales, naturales vel & animales laedit. Quis hanc  
conditionem spissitudini denegare possit, nescio.

SCHOL. II. Insuper ad spissitudinem inferendam excernenda a ple-  
thora retenta (§. VI.) multum quoque valent.

### §. XXX.

*Non solum si spissitudo a plethora ut causa profici-  
tur (§. praeced.) sed etiam, si alia ratione inducta est, util-  
lis esse potest venaesectio.* Nam in spissitudine sanguis iu-  
sto

sto crassior est (§. cit.). Hic vasa, e quibus haemorrhagiae salutares fluunt, rite permeare non potest. Hinc earundem suppressio vel saltem imminutio, arque hoc ipso plethora, inducuntur (§. XVIII. & IX.). Quia de causa in resolvenda spissitudine, a plethora ut causa quantumvis primum non inducta, venaesectio usui esse potest (§. §. cit.).

SCHOL. Quod spissitudo humorum multories suppressionem haemorrhagiarum salutarium efficiat, experientia nos docet; si consideramus subiecta, quae ut plurimum hoc morbo laborant: sunt enim homines, otiosum & sedentarium vitae genus degentes, quo sibi spissos comparant humores.

Conf. Excellent. JVNCKERIVS. §. XX c. Tab. VII. XIII. XV.

§. XXXI.

Praelibatis morbis potissimum quantitatis, eosdem *potissimum qualitatis* aggrediar. Morbum, qui pro causa materiali vitiosam humorum crasis primario agnoscit, nominavi *potissimum qualitatis* (§. XIII.). In febribus, (excepta continente,) vt & morbis lymphatico-serosis, causam materialem primario in vitiosa humorum mixtione confistere, quis Pathologorum denegabit? Hinc de iis in proxime sequentibus erit agendum.

SCHOL. Saepe laudatus celeberr. JVNCKERIVS adnumerat morbis potissimum qualitatis adhuc virtutem primarum viarum. Vid. Eius *Consp. Patholog.* Tab. II. p. 19. Quorum tamen mentionem eam ob causam non feci, quia virtutem primarum viarum fere nunquam postulant sanguinis missionem, & si qua indigent, circumstantiae facile videri possunt ex adductis & adducendis.

§. XXXII.

Febris, cuius causa materialis depravata humo-

C 3

rum



rum crasis est, & quae sine intermissione affligit, *continua* audit. Febris continua *primaria* est, si eiusdem causa morbifica adhuc cum sanguine in circulo movetur, *secundaria*, si statim sub initio in stasis deducta est. Talis materia stagnans atque stasi detenta est vel sanguis, vel ejus pars lymphatico-serosa, si prius, febris continua secundaria fit *inflammatoria*. Si stasis lymphatico-serosa in pulmonibus, faucibus ac viciniis continet, oritur febris *catarrhalis*; eaque *maligna*, si materia stagnans peioris est indolis, sin secus, *benigna*.

SCHOL. Si quis diceret: febrem continentem etiam esse posse febrem secundariam, eamque inflammatoriam, me contradicentem non habebit. Interea hic eiusmodi subordinationem febrium generalem placuit instituere; dum febres secundariae frequentius inferuntur ab humorum qualitate vitiata.

### §. XXXIII.

*In omni febre continua primaria, praesente plethora, venaelectione est instituenda, & quidem in principio principii.* Namque hujus febris caussa materialis est materia noxia (§. anteced.) qua sublata, febris potest curari. Removetur autem actibus se- & excretoriis. Quemadmodum & Therapia generalis & specialis docet. Ergo quo liberius actus hi se- & excretorii succedunt, eo melius materia morbifera potest removeri & morbus tolli. Atqui se- & excretiones, si libere succedere debent, legitimum sanguinis motum progressivum requirunt. Hic iuvatur illaesa proportione sanguinis ad motum & hujus vicem in versam ad illum (§. VI.). Verum hanc proportionem destruit plethora (§. II.). Quae venaelectione administrata tollitur (§. I. II.). Ergo in omni febre continua primaria, praesente plethora, valet regula de sanguinis

guinis missione affirmativa. Et hoc est primum propositionis membrum.

Venae sectio in continua febre primaria instituitur, ut se- & excretiones facilitentur (per membr. praeced.). Jam secretiones materiae noxiae in primis hujus febris diebus contingunt. Ergo sub initium febris continuae primariae, si urget plethora, vena secetur, oportet. Quod erat alterum.

SCHOL. I. Quae damna immineant, si post initium febris sanguis mittitur. Vid. in b. m. STAHLII *Diff. de venae sectione in acutis* §. LXVII. Conferatur etiam Illustr. JVNCKERVS I. §. XX. c. Tab. LIIX. p. 488.

SCHOL. II. Et hinc est, quod velim, ut etiam in febre continente statim sub initio vena aperiatur. Quamobrem pater, *præter lapsus ejusmodi febrium initio regulam de venae sectione valere negativam.*

### §. XXXIII.

Pestis, febris maligna, epidemica, petechialis, hungarica, purpurea, scarlatina, variolosa, morbillosa & huius generis quoconque nomine insignita habent pro causa materiali materiam corpori nostro noxiā atque infensam (per princip. patholog.). Hujusmodi materia, saevientibus hisce morbis, cum humoribus est commixta; alias ab illis secerni non posset. Hoc tamen contingere Therapia specialis docet. Praeterea non ejus, cuius humores nostri, est qualitatis; fin secus, non posset esse corpori nostro noxia ac infensa. Ergo est vitiosae qualitatis, &c, si humoribus nostris commiscetur, eorumdem ut inducat vitiosam qualitatem, necesse est. Febris autem, quam vitiosa humorum qualitas, seu, quod idem

puco

duco, depravata crais, provocat, & quae sine intermissione adfligit, continua est (§.XXXII.). *Qua ex causa praediti morbi sunt febres continuæ.*

### §. XXXV.

Febres continuæ sunt primariae, si earundem causa materialis cum sanguine in motu progressivo adhuc versatur (§.XXXII.). Jam Pathologia docet, causam materialem febrium, §pho praecedente nominatarum, in circulo cum sanguine adhuc esse constitutam: *quam ob rem in aprico est, morbos illos §.XXXIII. relatios esse febres continuas primarias.*

SCHOL. Evidem videri possit cuidam, febrem petechalem, purpuream, scarlatinam, variolosam & morbillosam esse febres continuas secundarias; quia eruptis exanthematis in stasis deducta est causa materialis. Sed velim, ut attendat, quae de febribus secundariis §. XXXII. dicta sunt; & tunc contrarium perspiciet.

### §. XXXVI.

Morbi, quorum mentionem fecit (§.XXXIV.) sunt febres continuæ primariae (§. anteced.). Ergo exposunt illi, ut *venae sectio, si urget plethora, in principio sui principii administretur, & praeterito jam iam initio omittatur* (§.XXXIII.) & schol. ad hunc §.).

### §. XXXVII.

*Cuilibet febri inflammatoriae mitigandae, concomitante plethora, inservit venae sectio.* Producit enim hancce febrem inflammatio alicuius corporis humani partis (§.XXXII.). Quae est affluxus sanguinis versus locum quendam iusto largior, ob stasis ibidem haerentem. Hinc quo copiosior est eiusmodi sanguinis affluxus, eo maior

major oritur inflammatio, eoque magis vrget febris inflammatoria. Iam, si plethora adeſt, dictus sanguinis accessus fit copiosior. Ergo in omni febre inflammatoria mitiganda, praefente plethora, venaesectio, quia illam imminuit, (§. I. II.) est instituenda.

§. XXXVIII.

Sanguinis locum versus inflammatum justo copiosior affluxus exacerbat febrem inflammatoriam (§. anteced.). Si inflammatio occupat partem corporis admodum sensibilem, excitatur ejusmodi copiosior sanguinis adpulsus; quia illam partem valde irritat, & ideo sanguinis largiorem accessum ad hanc partem invitat. Talis sanguinis adpulsus mitigari & refrenari potest venaesectione 1) imminuendo sanguinis quantitatem (§. cit.) II.) deducendo eundem ab inflammata parte (§. XXI). *Qua de causa in aprico est, febrem, inflammationi partis admodum sensibilis supervenientem, exposcere venaesctionem, licet plethora non urgeat.*

*Cor. Ergo si plethora urget, sanguis eo curatius mittatur (§. XXXVII.)*

§. XXXIX.

*Venaesectio in febre inflammatoria interdum repeti debet.* Namque durat ejusmodi morbus tam diu, quam diu inflammatio vrget. Et quo major est haec, eo magis adfligit ille. Inflammatio vero adeſt, si affluxus sanguinis ad aliquem locum naturali largior saevit, obstat ibidem haerentem; & quo fortius hic intenditur, eo magis crescit illa. Fortior ejusmodi sanguinis adpulsus in febre inflammatoria remanere potest, facta licet venaesectione 1) si haec sanguinem sufficienter non edu-

D  
xit,

xit, II) si inflammatio admodum sensibilem pro sede sua agnoscit partem. Et hinc est, quod in febre inflammatoria, positis hisce circumstantiis, venaesectio sit repetenda. Quae omnia ex §. §. XXXVII. & XXXVIII. intelligi possunt.

SCHOL. Febris biliosa, & quae dysenteriae accedit, inflammatoris adnumerantur & quidem jure. Attamen credo; medicamenta causam irritantem, in intestinis & circa eadem haerentem, corrigentia & evacuantia in illis morbis plus praestare, quam sanguinis per se etiam venam missio; praecipue in febre dysenterica, quia vix non semper sanguis in hoc morbo cruenta alvi deiectione est exhaustus.

#### §. XXX.

In inflammatione sanguis aliudue fluidum stasi detinetur (§. XXXVII.). Quae, si illa felicissime succedere debet, discutienda est atque expedienda. Hoc juvat sanguinis adpulsus etiam largior (dummodo non transgrediat modum) detrudendo moleculam post moleculam. Quibus consideratis, cognitum est facillimum: quod in inflammatione, quae non adeo sensibilem partem adfligit, absente insuper plethora, aliaque causa, admodum copiosum sanguinis adfluxum forsitan invitante, venaesectio noceat; dum adpulsus sanguinis debilitat (§. XXXVIII. no. 1.) quo tamen opus est ad stasin solventam. *Hinc & in febre, tali inflammationi superveniente, valet regula de venaesectione negativa.*

#### §. XXXI.

In febre catarrhalis maligna pars sanguinis lymphatico-serosa, quae loco quodam, §. XXXII. dicto, stasi detinetur, & ipsam febrem excitat, peioris est indolis (§. cit.).

(§. cit.). Haecce indoles, non neglectis forsitan aliis affectionibus, consistit in acrimonia quacunque. Hinc ejusmodi stasis partem, quam occupat, vi acrimoniae graviter irritat; adeoque huc versus inflammationem non levem excitare potest (§. XXXVIII.). Quae inflammatio eo gravior fit, si partes adfligit admodum sensibles (§. cit.) et, si sanguis abundat (§. XXXVII.). Quamobrem intellectu non adeo difficile esse judico, *quod, quid quid de venaesectione in antecedentibus respectu fulvium inflammatoriarum demonstratum est, etiam in febre catarrhali maligna valere posse*. Nimirum conductit venaesectio I.) si febrem catarrhalem malignam plethora comitatur (§. XXXVII.) II.) si stasis causae materialis acris sedem habet partem sensibilem, etiamsi non vrgeat sanguinis abundantia (§. XXXVIII.). III) si, misso iam sanguine, inflammatio pertinaciter continuat, quin increbescit, unde cunque sustineatur: venaesectio est repetenda (§. XXXVIII.). IV) si stasis materiae acris, subtilis in parte contingit minus sensibili ac insuper abest plethora aliave causâ copiosorem sanguinis affluxum forte invitans: tunc non opus est venaesectione (§. XXXX).

SCHOL. I. Si quis negare vellet, stasin, de qua agimus, catarrhalis partes adfigere posse valde sensibiles; ille perpendat, quod membrana, laryngem, intus praecipue, investiens, ut & reliquae ejusdem partes internae, exquisita gaudent sensibilitate. Quam etiam ceteris colli partibus in totum nemo denegabit. Et hinc est, quod in febre catarrhali maligna, angina, quae in genere inflammatio partium colli internarum dicitur, symptoma sit frequentius. Conf. Excellent. JVNCERVS I. §. XX. c. Tab. LXXII. p. 592.

SCHOL. II. Angina, quae internas laryngis partes occupat, periculosa

losissima existit, & *cynanche* vocatur. Ergo quid circa administrandam venaesectionem in febre catarrhalii dictum est (quia tantum valet, si inflammatio quedam vrget) id maxime observandum venit in cynanche.

### §. XXXII.

Licet in febre catarrhalii benigna acrimonia tanta non sit quam in maligna, (§. XXXII.). Attamen dubium prorsus non est discussum, quin etiam in illa inflammatio, quantumvis levior, oriri possit. Stasis enim, quae in ista febre occurrit (§. cit.) multifariam affluxum sanguinis naturali majorem excitare potest, adeoque & inflammationem (§. XXXVIII.). Quae pro conditione loci, quo stasis facta est, & sanguinis abundantis copia, majora accipit incrementa (§. §. XXXVII. & XXXVIII.). *Quz de caufa in febre catarrhalii benigna venaesectio, quemadmodum in maligna, vtilis, quamvis minori gradu, esse potest.* (§. §. cit.).

*Cor.* Ergo quod No. IV. §phi anteced. dictum est, eo cūratus hic observari meretur.

### §. XXXIII.

Febris catarrhalis talis quidem est, quatenus catarrhum, seu stasin lymphatico serosam circa fauces earumque vicinia agnoscit comitem (§. XXXII.) sed credo, non neminem esse affirmaturum: causam eiusdem morbi materialem non totam talem subiisse stasin. Hinc ex parte vna cum sanguine in circulo adhuc mouetur. Et eatenus febris catarrhalis est febris continua primaria (§. cit.). *Ergo in febre catarrhalii ita confiderata venaesectio, si qua opus est, quod fit praesente plethora* (§. XXXIII.

XXXIII.) in principio principii est admittenda (§. cit.  
& schol. ad hunc §.).

SCHOL. I. Ex hisce clarum fore puto, quod in febre catarthali  
venaesectio, si requiratur, sub initio optime administretur;  
& quod illa praeterito ad talem sanguinis ventilationem hu-  
jusque repetitionem non adeo facile sit progrediendum, nisi  
quidem vehementer urget inflamatio.

SCHOL. II. Si quis, quae hic annotavi, ad febres quoque inflam-  
matorias applicare non abnuerit, me plane consentientem  
habebit.

#### §. XXXIV.

*In febre lenta & hecica regula de venaectione tam  
affirmativa tam negativa discretriwo iudicio accipienda est.*  
Quoniam & lentam febrem, & hecticam producit infar-  
ctus aut itasis humorum in viscere quodam, hujusve pla-  
ne corruptio; infarctum autem visceris auget plethora,  
debilitando parietes vasorum; ergo & ejusdem corrup-  
tionem, neque minus febrem lentam & hecicam. Qua  
de causa venaectionio, quum de plethora subtrahat, (§. I.  
II.) in modo dictis morbis usui esse potest.

Infarctus alicujus visceris involvit impeditum fluidi  
per idem progressum. Quem fovere potest paupertas san-  
guinis, quia debitam vasorum in contentum enervat actionem:  
agunt enim vasa debite in sanguinem, si hic legitime  
resistit. Sanguis sic reagit, si naturali adest copia. Infert  
vero sanguinis inopiam venaectionio, absente plethora in-  
stituta (§. I.). Ergo addit infarctui visceris nova incre-  
menta, eoque ipso hujus corruptioni & febri lentae &  
hecticae (per membr. antec.). Hinc in hisce morbis,  
si nulla urget plethora, valet regula de venaectione ne-

gativa. Porro vires in febribus lentis & hecticis jam jam deficiunt. Hinc si sanguis mittitur, non urgente plethora, adhuc debiliores redduntur. Ergo etiam ex hoc fonte patet, venaesctionem in ejusmodi febribus, absente plethora, non conducere. Interim non dissimulandum, in causa consuetudinis venaesctionem requiri, & ex duabus jacturis minimam esse praferendam. Si enim veniam secamus extra paroxysmum, hunc bona felicitate avertimus & sic sanguinis longe maiorem consumtionem cavemus.

SCHOL. I. Quod febris lenta & hectica pro causa agnoscant aliquibus visceris infarctum, aut plane corruptionem, affirmat Ex-cell. JVNCKERVS I. §. XX. c. Tab. LXIX. & LXX. Neque negat b. m. HOFFNANNVS I. c. Tom. II. p. 175. dicens: „de-„inceps eminem est lentarum & hecticarum (febrium) diffe-„rentia respectu utriusque causae: in illis enim vitium magis „in fluidis & incipiente mala dispositione solidae cuspidam par-„tis; in his vero solidae potius patiuntur, & ipsa jam labes, aut „magna corruptela adest visceris.

SCHOL. II. Si quis negaret, sanguinem in febre lenta & hectica præternaturaliter abundare posse: velim, ut considereret, quod non adeo raro suppressionem haemorrhagiæ e. g. haemorrhoidum, mensum &c. modo dicti morbi sequantur.

SCHOL. III. Hectici vere & autumno, annuente experientia, gravius adfiguntur, aut quasi novus accedit febrilis paroxysmus. Hinc suadet, ut imminentie utroque aequinoctio, si plethora urget, imo consuetudo tantum adest, ejusmodi aegrotantium sanguis mitratur.

### §. XXXV.

Febrium intermittentium quilibet paroxysmus ordinarie solvitur sudore. Hinc singulis vicibus sanguis im-

imminuitur. Ex quibus patet, febres intermittentes quæ tales nullam exposcere venaefectionem, licet etiam plethora quodammodo urgeat.

SCHOL. Diceret quispiam: febres reliquas quoque solvi sudore, adeoque de sanguine detrahere, & venaefectione non indigere. Quod contra §. §. antecedent. Sed velim, ut perpendat, haec febres non adeo facile, ut quidem intermittentes, succedere neque semper a graviore vitae periculo liberas esse. Atque ideo in ejusmodi febribus, si sanguis abundat, missio ejusdem est administranda (§. XXXIII- XLIV.).

§. XXXVI.

Reliqui adhuc sunt, inter morbos potissimum qualitatis referendi, affectus lymphatico- serosi (§. XXXI). Hi consistunt in vitiosa lymphae & seri qualitate (§. cit.). Et lymphæ & serum corrumpitur impeditis impuritatum se- & excretionibus, impedit vero easdem plethora (§. VI.). Ergo hac ratione in curandis affectibus lymphatico- serosis valet regula de venaefectione affirmativa. (§. I. II.).

§. XXXVII.

Plethora producere potest morbos lymphatico - serosos (§. anteced.) ergo etiam eosdem, licet primum orum ab illa non duxerint, augere. Hinc ejusmodi morborum curationi, quantumvis pleniorae primum non debatur, tamen inservire potest venaefactio.

SCHOL. I. Quod eo curatus observandum esse, duco, quum ipsa lymphæ & seri miscela vitiosa pleniorum inducere valet; dum haemorrhagias salutares aliasque excretiones consistentia sua crassiore sufflaminare potest (§. XXX.).

SCHOL. II. Afflictiones venereæ morbis lymphatico serosis annumerantur, & quidem merito. Sed num in iisdem adhuc leviori-

32 *Dissertatio inauguralis medico-practica*

vioribus, si virget plēthora, venaefectio vtilis sit, nec ne<sup>t</sup> dijudicari potest, composita lite: an facta sanguinis ventilatione virus venereum intimius cum humoribus communicetur, vel non.

§. XXXVIII.

Tandem ad morbos motuum mihi est progredendum (§. XIII.). Motus, qui in corpore nostro contingunt, aut in defectu peccant, aut in excessu. Ex priori oriuntur *morbi motuum deficientium*; ex posteriori vero *excedentium*.

SCHOL. Defectum motuum hic intelligo talem, qualem experimur, in apoplexia, hemiplexia, paralysi &c. excessum autem eorundem, eum, qui virget in affectibus spasmoidicis v. c. hemicrania, podagra &c.

§. XXXIX.

Nervos, organa motus constituentes, demonstrant Anatomici & Physiologi; vbi praecipue in considerationem veniunt cerebrum, cerebellum, medulla oblongata ac spinalis. Quibus ergo partibus male affectis, rite peragi non valet motus; hinc in defectu peccare potest. Plethorae male afficiendi vis est cerebrum, cerebellum, medullam oblongatam & spinalem, inferendo ipsis sanguinis alias humoris stagnationem, statim, quin extra vasationem (§. XVI. XII. & schol. ad §. XXI.). Ergo plēthora inducere valet morbos motuum deficientium. *Quamobrem, hac conditione posita, ad curandos motuum deficientium morbos juvat venaefectio.* (§. I. II.).

§. L.

Plethora morbos motuum deficientium efficere potest (§. praeced.) ergo etiam eosdem, utut alia causa inductos,

ductos, augere. *Hinc ad tollendos motuum deficientium morbos, licet a praesente plethora, ut causa sub initium non oriundos, conducit sanguinis per sectum venam missio.*

SCHOL. I. Id quod solite observari debet, si ejusmodi morbos congettio sanguinis versus partes §. XLIX. nominatas, comittatur. Quae &, si vehementer urget, venaectionem exposcit (§. XXI.) sanguine quantumvis non abundante,

SCHOL. II. Catarrhus suffocativus refertur ad morbos motuum deficientium. Quem tamen dicta (§. XLIX. & L.) perfecte tangere non videntur; quoniam involuit materiae serosae irruptionem in pulmones, conjuncta harum debilitatione. Sed, si etiam raceam, quod prima hujus mali causa tantum non semper in capite lateat, uti in reliquis motuum defectibus. Conf. Excellent. JVNCCKERVS I. §. XX. c. Tab. CXVIII. p. 908. tamen proderit venaectionis in catarro suffocativo sub determinatis (§. §. citatis) circumstantiis.

§. LI.

In statu plethorico sanguis in parietes vasorum via agit naturali majori (§. XXIII.). Huic actioni aequalis o ritur sensatio, eaque eo major fit, quo sensibiliorem occupat partem. Verum hac ratione plethora naturam invitat ad morbos motuum excedentium. *Qua de causa illa praesente in ejusmodi morborum curatione valere potest regula de venaectione affirmativa (§. I. II.).*

§. LII.

Plethora causam spasmorum materialem praebere potest (§. praeced.). Hinc etiam iisdem, ab alia fortasse occasione dependentibus, incrementum addere. Ex quibus patet, *venaectionem morbis motuum excedentium curandis, licet praesens plethora eos primum non intulerit, inservire posse.*

SCHOL. I. Hic idem, quod superius contra §. XV. monitum, opponi posset. Nimirum: administrata in talibus morbis venaesectione augeri motus. Sed & hic eadem, quae, §pho citato, valet responsio.

SCHOL. II. In affectibus podagrlicis curandis & avertendis primatum tenet sanguinis ventilatio. Sic notus est vir, sexaginta circiter annorum, qui alias ad minimum bis per annum, duabus, tribus quatuorve hebdomadis podagra graviter laboraverat, nunc vero, admissa post duorum semper mensium intervallum venaesectione, nihil vel saltet parum podagrae sentit.

### §. LIII.

Hae sunt generaliores regulae, quae complectuntur venaesctionem in statu sano & morboſo administraſtam. Agendum quidem mihi adhuc foret, de venaesctione in morbis complicatis dirigenda; sed puto, id facile ex demonstratis in morbis simplicibus posse colligi. Praeterea affirmativam de venaesctione regulam praeципue monstravi, certe persuasus, negativam illa posita, quemlibet facile posse determinare. Habeo igitur DEO T. O.

M. gratias devoutissimas pro viribus clementissime elargitis atque concessis.

## TANTVM.



NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
DISSERTATIONIS

AVCTORI

S. D. P.

PRAESES.

**P**rimo quidem intuitu videri posset, ac si THEMA dissertationis thema, ut  
pote saepius coctum & recocatum, ulteriori inquisitione & ven-  
tilatione esset indignum: verum enim vero, qui praxin ratio-  
nalem intimius paullulum osculantur, nulla dubitatione concedent, dif-  
ficile admodum esse de problemate isto judicare, in cuius explicatione  
& resolutione artis doctores quolibet fere tempore fuerunt discrepan-  
tes. Quae discrepancia potissimum ex eo fonte derivanda est, quod  
in statuendis morborum causis hypotheses admodum sibi contrarias fo-  
vere & soluerint & etiam num soleant. Quae absonta inde oriantur  
facile intelligent, qui considerant canonem, quod diversarum de una  
eademque re sententiarum, sibi invicem contrariarum, unica tantum-  
modo possit esse vera. Non est hujus loci, ut exemplis illustretur,  
damnum illud, quod ex falsa indicatione, de venae sectione formata,  
in genus mortalium redundat. Jam vero gaudeo, TE NOBILISSI-  
ME CANDIDATE, hanc materiam quovis modo discrete & judiciose  
pertractasse. Caeterum maximopere laector, quod exemplo TWO  
conjunxeris ea, quae in artis salutaris detrimentum pluribus saeculis  
per socordiam Medicorum separata fuerunt: chirurgiae puto cum me-  
dicina connexionem. Quemadmodum enim jam Argentorati omnes  
operationes chirurgicas propria manu, testibus Virorum in arte cele-  
berrimorum, optime peregristi; ita ex eo quoque tempore, quo noster  
fuisti, singularem industrian exhibuisti, praecipue autem in utraque  
arte fidelis mibi & semper paratus fuisti consilios, id quod  
pauperes civitatis incolae testantur. Redi igitur in patriam  
praeceptis tam medicis quam chirurgicis optime imbutis, & in rei  
publicae ornamentum ac virilitatem age ubique feliciter.

Dabam Halae Magdeburgicae die 21. April.  
Anno MDCL.

PRAENOBISSIMO AC DOCTISSIMO  
DISSERTATIONIS  
**AVCTORI**  
AMICO SVO LONGE AESTVMATISSIMO  
S. P. D.  
**PETRVS, SAMVEL, de CHAVFEPIE.**  
HAMBVRGENS. ART. SALVT. CVLT.  
OPPONENS.

**M**agna equidem cum animi voluptate, non tamen sine omni repugnantia, ad numerum accedo amicorum, qui TIBI de die, quo vitae academicae finem imponis, quo elegantissimum TVAE eruditonis exhibes specimen, quo denique summos in Medicina jam diu pro meritos obtines honores, gratulantur. Quo majora enim TVA sunt merita, quo sincerior TVVS est animus, & quo jucundior TVA mibi semper fuit consuetudo, eo majori me abitus TVVS afficit tristitia. Vix commodum resciui, quod ex TWO vsu contingere mibi potuisset, cum jam vasa colligis & in patriam festinas. Eruditis quibus me delectasti colloquiis carebo, spes enim TE amplius fruendi evanescit. Patienter feram oportet, quod impediri non potest. Summa vero TE etiam absentem colam observantia, & integerrimo TE nunquam non profesar amore. Fausta semper ac prospera ut TIBI quaecunque continent, ex intimis cordis opto penetralibus. Felicem TIBI faustamque dissertationis doctissime a TE elaboratae defensionem non tam opto atque foveo, sed auguror potius, & plane praevideo. Gratulor TIBI ex animo, summae industriae ac indefessi TVI & plane improbi laboris fructus dulcissimos, gratulor praeclarum eruditonis TVAE specimen, gratulor TIBI denique summos artis machaoniae honores. Admodum autem TVA, candidate Doctissime atque Amicissime, delector in me voluntate, quam ex publica mibi demandata oppositione, haud obscure mibi perspicere licet. TIBI gratias pro ea ago maximas, eamque ut tuearis, & TVI amantissimum redamare ne graveris, enixe rogo atque avsecro.


Vale.


Halle, Med. Diss. 1744-59  
VD 18



T430C

Rehd.





5

*AVGVRALIS MEDICO-PRACTICA  
DE  
EGVLIS  
RALIORIBVS  
ENAESECTIONEM  
SERVANDIS.*

QVAM  
CE DEO PROPITIO  
AVCTORATATE FACVLTATIS MEDICAE  
PRÆSIDE  
CELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO  
**ANNE IVNCKERO**  
TORE EIVSDEMQUE PROFESSORE  
VBLICO ORDINARIO  
DECANO SPECTATISSIMO  
AECCEPTORE AC PROMOTORE SVO  
ERNVM DEVENERANDO  
REGIA FRIDERICIANA  
RADV DOCTORIS  
HONORIBVS AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS  
RITE CAPESSENDIS  
XXVII. APRIL. ANNO MDCCLI.  
VBLICE DEFENDET  
AVCTOR  
**FRIDERICVS SANDER**  
DRINGA-BADA DVRLACENSIS.

LAE MAGDEBURGICAE,  
CHRISTIANI HILLIGERI Acad. TYPOGR.